



175

1. Apr

2. Esch

5.

3. Ma

y

7. Fe

cr

175

1. v

2

1

2

3.

8.



1751.

1. Heppius, Aug. Jo. Dan: De charactere hagueographi.
2. Eschenbach, Iohannes Christianus et Iohannes: Kurius.  
Inn un esse machinam.
3. Mangold, Ern. Jr. Frid: De visitatione ecclesiastica  
ejusque necessitate cum ecclesis hisl. et jans. Macie.
4. Pele, Iohannes Kurs. et Detmoring, W. G. F: De delictis  
civitibus feloniali specibus.

1752.

1. Heppius, Paul. Nodals. Theod: Demonstraciones qua-  
rumdam aequationibus Algebraicis competentium  
propriatum.
2. Balcke, Jacobus Kurius: Nonnulla quaedam de  
communione bonorum a conjugi supposito  
cum literis continuta.
3. Balcke, Jacobus Kurius: Assertiones quaedam  
circa sucessionem in bona absentis
4. Beckerus, Hermann: De facultate alienandi fonda-  
vatis licita aut non.

1752.

5. Beckius, Herm: De valore fiduciamis etiam  
ultima voluntate quam per conventionem constitutorum.

6. Eckenbach, Johes. Christ: Ideatimmo fundamento  
destitutus.

7. Mantzel, Em. Jo. Frid, praes. iur. decanus: N. de cito  
Magdeburgianum veterum scabiorum : "Wer die Witzig-  
sten sind und heißen? Programme, quo solenniter docto-  
ralia Davidis Christopheri Richter instat.

8. Mantzel, Em. Jo. Frid: Assertiones quae dant circa provi-  
cationem creditorum et remonstrantur bonorum sufficientiam.

9. Mantzel, Em. Jo. Frid: De jure patronatus, ad creditores  
et praeditorum, sub his loquentes, non transunte.

10. Mantzel, Em. Jo. Frid: Nonnulla . . . iuri universalis  
et Germanici : De concursu creditorum

11. Pöhl, Joannes Nicolaius, prorector acad: Recrimine blas-  
phemiae in sanctos angelos commissio. Programme, quo  
festi Michaelis prim . . . celebracionis commendat.

1752.

12. Pele, Th. Nicol: De oneris feudalis servitiorum multe  
farrum aestimatione, in deque fluenti subsidaria  
vasallorum militum dominio directo debta præstacione
13. Pries, Isach. Henr.: Quo rurum altervitas decima  
est uocem suam?

1753

1. Beckenus, Hermannus: Separatio eius liberorum  
a parente superstite secundum dñs. Dispositionem juri  
statutarum. Hamburgensis interpretatio et invalidatio  
factae exceptum.
2. Mantzel, Erm. Th. Fid: De probalione per testes  
in fiduciam nuncupativo, minus solenni, fide  
la l. fidei. p. de fidei. nulla.

1754.

1. Beckenus, Hermannus: Condicio imponibilis non  
indistincte pro non scripta habenda ad § 10 fidei  
de haered. instit.
2. Eichenbach, Johanes Christianus: Anima non corpore notior.

1757.

3. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: De fundo anomino siue  
ex spectantia indeterminata . . .

4. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: De sexu masculino femi-  
niu*m* tutelari

5. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: De operis publicis, specie Trans-  
de ergasterio provincialibus, commode adornatis

6. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: De jure praesentandi . . .

7. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: Reggadibus hominibus

8. Mantzel, Enr. Jo. Fr. d.: De videlicet relaxore habe-  
centi, per cessionem illatorum, se magne fau-  
za bona salvante . . .

co sive

e feni.

ceria Trin

os nauti

li.

erdisotia

e tuba

e futu-





CHARACTERES  
TRACOEDIOGRAPHI,  
CONVENTENTES  
AD BELLOPHYLUM ORDINE  
SISTE.  
A  
R A R S I D E.  
1750.

CHARACTERES  
TRACOEDIOGRAPHI,  
CONVENTENTES  
AD BELLOPHYLUM ORDINE  
SISTE.  
A  
R A R S I D E.  
1750.



D

V

P 340

T

Q. D. B. V.  
RECTORE ACADEM. MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE  
AC  
DOMINO,  
DOMINO FRIDERICO,  
PRINCIPE HEREDE MECLEBURGICO,  
VANDALORVM, SVERINI AC RACEBURGI, COMITE SVERINI,  
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE  
DOMINO,  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

CHARACTEREM  
TRAGOEDIOGRAPHI,  
CONSENTIENTE  
AMPLISS. PHILOSOPHORVM ORDINE  
SISTIT,

AC  
PRAESIDE,  
M. ANG. JO. DAN. AEPINO,  
ORATOR. PROF. DVC. PVBL. ORD.

PUBLICE DEFENDET,

L. H. RÖHL,  
RIBBENIZA-MECLEBURGICVS.

IN AUDITORIO MAIORI

D. VIII. DEC. A. 1551.

ROSTOCHII, LITTERIS ADLERIANIS.



DOMINIO PRINCIPICO  
SERENISSIMO

DOMINO FREDERICOO  
MIXICLIS MECCHICLIS

ANANDIOLANI SERMIACO RACCIARO COME SABINI  
TERRELLA ESTATECCIALE ALEXANDRIANA

DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

TRAGEDIOGRAPHI  
CHURACTEREM

VMPLIS THEATRORUM ORDINE  
SISTIT

MAGIO DANAPINO  
PRAESIDE

GRATOR TONI DAGETH ODE

E PLACIDE DILEXERETE

L. H. RÖHL

RESENNSA-MECHEBARO

IN ADIDATORIO MAIORIS

G. M.

DRG. A. PEGEL

POSTICHI LITTERIS ADERRIANI

A  
L'ILLUSTRE SOCIETE,  
QUI S'EST DISTINGUÉE  
À REPRÉSENTER  
DES TRAGEDIES  
À STRALSUND.



*C'est VOUS, MESSIEURS ET MES DAMES, qui dans nos païs avez introduit le gout pour l'art, dont je me donne l'honneur de VOUS offrir un petit abrégé, compris dans ces feuilles. La tragédie montre le sublime de l'ame dans son plus haut dégré, & ce ne sont que les génies les plus élevés, qui par leurs actions sont capables à l'exprimer.*

*Quel bonheur pour la tragédie, MESSIEURS  
ET MESDAMES, qu'elle est tombée entre  
VOS mains, dont la magnanimité égale celle des  
héros, que VOUS représentez! Quel bonheur  
pour les belles lettres, d'avoir été reçues & goutées  
des personnes si distinguées! Quel bonheur pour  
moi, d'avoir trouvé pour l'essay, que j'ai l honneur  
de VOUS presenter, des juges si éclairés, & si  
versés! Je suis avec un tres-profound respect,*

*MESSIEURS ET MESDAMES,*

*Votre tres humble & tres obeissant serviteur,*

*L. H. RÖHL.*



DE

## CHARACTERE TRAGOEDIOGRAPHI.

S. I.

**T**ragoediographum esse dignum, qui praemia accipiat, quae diuina Poesis suis offert cultoribus, maxima, neminem ego quidem negaturum esse, iudico. Aristoteles ipse, qui primus sub legum iugum artem coegerit poetam, comparans cum Tragedia Carmen Heroicum, in plures abiit partes, quibus super illud eminet Tragoedia.

Διόπερ οοῖς περὶ τραγῳδίας αὐτε σπουδαῖας καὶ Φωνῆς, αὐτε καὶ τεμεντῶν. α μὲν γὰρ εποποιει εχει, υπαρχει τη τραγῳδία αὐτε αὐτη, ου πάντας εν τη εποποιει.

Aristot. de Pöet. Cap. V. coll. cum Cap. XXVI.

A

Si

Si forte inueniantur, quos plures esse facile credo, qui hisce subscribere recusent, praemia certe vere Diis digna, quibus Reipublicae litterariae illi Augusti, Reges Daniae atque Borussiae Schlegelium atque eum de Voltaire, Tragoediographos ornauere, semper terti illius praestantiae iis testes futuri sunt. Id nobis persuadent velim, quod sequentia extra omnem quoque dubitatem ponent, intimiora Musarum sacra Poetam tangere Tragoediographum. Addere huic si actionem, si ornatum theatris conuenientem liceat, caeteraque, quae, ut afficiat, qui spargant virtuti odores, socios Tragoedia sibi adiungit, Heroicum autem Carmen non admittit, pone se relinquere Epopoeiam Tragoedia erit dicenda. His adducti meditationibus atque heroicis instinctibus, quos promittit Tragoedia excitandos, characterem Tragoediographi delineantes nihil agere haud arbitrati sumus. Quod si enim feliciter procedat, & docentes excitabimus, ut arti studia sua deuoueant, si qui sint, quos ad Tragoediam viribus instruxit natura; & cohiebimus, quo minus neque temere neque cum ignominia sui, repugnante inde atque ingenio, Tragoediae nauent, quos alias generis opera aestheticā in incrementum artium feliciori successu acire posse, nulli dubitamus.

## §. 2.

Dictum itaque characterem adumbraturi quaedam Tragoediam spectantia praemittamus, quibus, veluti regulae, conuenientes primas lineas ducamus. Etenim perspectis representationibus tragicis, perfectionibusque earum aestheticis, mentis facultates cognoscitivas, eas producentes inde deriuare licet, adeoque eas, quibus praecepit opus est Tragoediographo, scientiasque, quibus induita esse iubetur facultas eius cognoscitiva. Quum vero exinde partim, partim ex materiali Tragoediae, ipsa actione & praecepitis herois tragicī affectibus pendeat, qualis sit appetitiva facultas Tragoediographi; ingenio Tragoediographi dicto modo constituto, temperamentum eius eruere studeamus, quo facto interiora mentis illius explicata sistemus.

## §. 3. Mu-

\* ) o ( \*

§. 3.

Musarum consuetudinem ingenia fingere atque emollire mo-  
res, neminem nisi Aesthetices prorsus ignarum negaturum esse  
iudico.

Siluestreis homines sacer interpresque Deorum  
Caedibus & vietu foedo dererruit Orpheus  
Dictus ab hoc, lenire tigreis, rapidosque leones.  
Dictus & Amphion, Thebanae conditor arcis,  
Saxa mouere sono testudinis & preee blanda  
Ducere quo veller.  
Sic honor & nomen diuinis vatibus atque  
Carminibus venit.

Horat. de art. poët.

Ecce iudicium alumni Sororum ! Certe experientia loquitur, ni-  
hil eas intentatum reliquisse, quod vel ad virtutem promouen-  
dam, vel ad vtiolorum vires infringendas pertinere iudicauere.  
Haud quidem nescio, saepius fine suo eas excidisse, contra ea  
expertum mihi est atque probatum iudicium Auëtoris des Me-  
moires pour servir a l' histoire de Brandebourg dicens :

La Langue des Dieux est prostituée par la bouche de quelque Ré-  
gent d'un College obscur, ou par quelque Etudiant dissolu.

Ast ea vitio vertere arti huic diuinae, absonum fore, nemo non  
videt. Comoediā inueniens atque Tragoediā, scholam vir-  
tutis utramque, sat prodidit, quis sibi insit amor recti. Co-  
moedia leuis illudere iubetur vitiis, quibus deficiunt vires ad in-  
felicitatem: actuandam lacrymas spectatorum dignam; grauis ve-  
ro Tragoedia, iis se opponere, detrudentes in miserrimam in-  
felicitatis conditionem auëtores sui, quibus irridere leuitatem;  
at quorum misereri ostendet humanitatem. Comoedia virtutem,  
si quam inducat, ipsam ciuilem, communem fistit, cui maxima  
pars hominum sufficiunt, & ad altiorem adscendens virtutis gra-  
dum, affectibus excitandis parem Tragicomoediae formam in-  
duit; Tragoedia vero maximum, quem quis mortalium attin-  
gere potest, occupat gradum, conuenientissimum in magnani-

mo pectore ardorem sui excitare ; pingit virtutem regali cultu conspectam & ostro , vt festis matronam moueri iussam diebus , ita vt infelicitas ipsa , maior quoque ast gradui virtutis proportionata , premens heroem tragicum virtute ornatum , nihil ei splendoris detrahat , potius , vti umbra picturae , addat . Sicuti itaque Comoedia , maculas morales spectatorum risui exponens , fabulam componit : ita Tragoedia sifit actionem , exemplum cuiusdam propositionis moralis , fortius excitantem commiserationem . Eam partem Tragoediae , quae continet ea , quae strictissime dictam actionem constituant , actionem tragicam ; & personas , ea edentes , primarias , & speciatim , excitantem commiserationem , heroem tragicum dicemus . Pars vero Tragoediae sistens ea , quae remotius cum actione tragicorum sunt coniuncta , episodia continet . Inquirendo itaque in naturam huius affectus , conditiones facile eruamus , quibus actio tragicorum implicita esse iubenda est . Commiserationem eff tristitia , ortam ex repraesentata alterius infelicitate , & Psychologica postulant & vsus loquendi confirmat . Quo major itaque erit infelicitatis alienae repraesentatio , quo fortius nos adfecit ea tristitia , eo major constituitur commiserationis gradus . Quum vero , quo maius erit obiectum repraesentandum , eo magis caeteris paribus aptum illud sit atque accommodatum , ad maiorem excitandam repraesentationem sui ; maiorem actio tragicorum inuoluit infelicitatem . Duas hinc actio tragicorum accipit determinaciones ; (a) tendat in maiorem infelicitatem heros tragicorum (b) Fortius adfecit infelicitas ea spectatores tristitia . Actiones itaque hisce affectibus destitutas Tragoedia indignas sui iure reiicit meritoque .

## §. 4.

Sufficientia haec ad ulterius ea determinandum , quae actionem tragicam ingrediuntur . Propositio moralis , cuius exemplum sifit actio tragicorum , vel immediate ad virtutem impellit ; vel a vitiis prohibet . Si itaque virtutem constituere actionem tragicorum sumamus , sit ea necesse est , quae recludens immeritis mori Coelum , negata tentat iter via ,

Coetu-

\* \* \* \* \*

Coetusque vulgares & uadam  
Spernit humum fugiente penna. *S. 3.*

Horat. Lib. III, Od. II.

adeoque maximas sibi postulat mortalium vires. Quum vero eas  
supponens effectus non nisi magnus esse possit, tragicae actioni  
ab hac parte spectatae insit magnitudo, postulamus. Si vero vi-  
tis dictam actionem contaminatam esse ponamus, quae ratio-  
nem contineat infelicitatis (princ. Moral.) & maioris,

Districtus ensis cui super impia  
Ceruice pender *S. 3.*

Horat. Lib. III, Od. I.

Causas haec vitia referat magnas Tragoediographus magnum fi-  
stentes effectum adeoque magnas supponentes vires. In genere  
itaque omnem actionem tragicam hoc respectu magnam esse iu-  
bemus. Quam magnitudinem, si placeat, intensiuam dicamus.

Hanc magnitudinem vri vel ipsi attingant Tragoediographi vel spe-  
ctatoribus cum verisimilitudine monstrent, periculis amoris op-  
pugnare heroem tragicum soliti sunt, que agentem furore quasi  
quodam induunt, viresque largiuntur ad agendum maiores solito.  
Horatius sentiens hunc furorem canebat :

Pone me, pigris ubi nulla campis  
Arbor aesthus recreatur aura;  
Quod latus mundi nebula malusque  
Jupiter vrget:  
Pone sub curru nimium propinquai  
Solis, in terra domibus negata:  
Dulce ridentem Lalagen amabo  
Dulce loquentem.

*L. I. Od. XXII.*

Adeoque amorem haud sine ratione fabulis intexunt suis Tra-  
goediographi.

*A. 3*

*S. 5.*

\* ) o ( \*

§. 5.

Quo acerbiora sunt fata vel adparent, quae heroēm agunt tragicum; eo magis aētio illius ad commiserationem excitandam accommodata. §. 5. Conferas vero cum Croeso superato atque opibus exuto Irum pauperem natum. Per hominum fidem! illius pauperies, posita licet cum ea huius aequali, maior tibi videntur altiusque viscera tua mouebit. Certe mille incommoda eum prement, quae hic ne sentiet quidem. Optime id Caesar agnouit respondens Heluetiis:

Confusisse Deos immortales, quo grauius ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlicisci velint, his secundiora interdum & diuturniore impunitatem concedere.

Caes. de bell. gall. L. I.

Hinc Croetus quoque grauiora passus, potiori iure queretur & referens suos dolores maiori efficacia peccus nostrum feriet. Et ita in genere imperfectio quaelibet eo maior saltem adparent, quo maior perfectio eam anteit; eoque magis aētioni conuenit tragicas commutationes ea, qua ex maiori felicitate quis in maiorem detrudatur infelicitatem. Quoniam vero maiorem hanc infelicitatem dici adparent, si referas eam ad statum antecedentem, relatiuam eam magnitudinem dicamus. Aētio adeoque tragica relatiua gaudeat magnitudine.

Magnitudinem hanc esse sine insigni felicitatis in infelicitatem mutatione ne cogitari quidem posse patet, quam nodum dicere Pēotica tragicum consuevere. Fabula vero cum nodo, quum sit implicita, requiriens α) colligationem nodi, rationes propiores commutationes futuras adferentem; β), transitum, qui adducta esse rationes commutationis ostendit, γ) solutionem denique, ipsam sustentem commutationem; Baumg. Aest. S. 535. omnia haecce quin Tragoedia sibi vindicet nemo repugnet. Solutionem nodi tragicis in sequentibus speciatim tragicam commutationem dicere mihi licet,

§. 6.



7

## §. 6.

Quo latius in genere tristis infelicitatis effectus sese extendit, eo maiori vi, caeteris paribus, vim feriet representatiuam; adeoque ratione conprobante atque experientia, actio

in nepotum  
Perniciem, opprobriumque pagi

Horat. Lib. II. od. XIII.

celeri procedens gradu, maiori vi hominum mentem inuadit, omnibusque ex partibus maximopere tristitia eam adficit, nullaque interrumpitur arte

In segetem veluti quem flamma furentibus austris  
Incidit: aut rapidus montano flumine torrens  
Sternit agros, sternit sata laeta, bouisque labores  
Praecipitesque trahit filias.

Virg. Aen. L. II.

Hinc quo latiorem disseminat actio tragica, quam inuoluit infelicitatem, eo magis apta erit ad commiserationem commouendam. Si vero ea magnitudo extendens ad multos suum effectum extensiva audiat, patet, quare extensio magna sit actio tragica.

Ecce rationem, quare Tragoedia suo sibi iure requirit heroës tragicos, quos

palma nobilis  
Terrarum, dominos euhit ad Deos.  
Ab eorum nimirum, qua talium, actionibus fortuna magnae parti mundi pendet; adeoque magnitudine extensiua eas ornatas esse, quilibet conceder.

## §. 7.

Quum actio inuita per coactionem externam simpliciter sumtam neque virtus dici possit neque vitium; eam sumere actionem tragicam non licet, quippe quae alterutrum inuoluat necesse est §. 3. Sequi vero coactionem externam secundum

quid

unt  
lam  
que  
il-  
vi-  
oda  
Cae-

re-  
dio-


r &  
Et  
quo  
tra-  
rem  
fel-  
re-  
re-

one  
agi-  
cita-  
uta-  
tatio-  
si-  
nnia  
tatio-  
tatio-

6.



quid talem quoniam non tollit arbitrium agentis, eam sumens, si  
 maiestati herois tragicorum haud repugnare ponamus, arbitrariam ha-  
 beret actionem. In genere itaque actio tragica sit arbitraria.  
 Docent vero Psychologica, arbitrium hoc maius esse, quo maiori  
 pro lubitu, quo plures, quo maiores actiones determinat. Baumg.  
 Met. §. 817. Hinc, ceteris paribus, arbitrium maius est, ma-  
 iorem determinans actionem. Grandia vero facinora atque mi-  
 rabilia diu postulat Tragoedia intensius §. 4. relativus §. 5. ex-  
 tensius §. 6. talia, magnum ideo in heroë tragico supponit ar-  
 bitrium actio tragica. Liceat hanc magnitudinem actionis re-  
 spectu arbitrii dicere moralem. Videre hinc est, quare actio-  
 nem tragicam moraliter magnam esse iubeamus. Sat magna hic  
 intercedit differentia inter gradum arbitrii determinantis actio-  
 nem virtutis & eam vitii signo impressam. Nimirum gradus  
 arbitrii in genere, aliqua faltem ex parte pendet a gradu lubitus.  
 Lubitus vero est cognitio determinans actionem ratione exsequi-  
 tionis liberam secundum leges adipitus atque auerstationis. Hinc  
 quo maior erit cognitio actionem determinans, quo liberiorem  
 ratione exsequitionis actionem, quo magis convenienter legibus  
 adipitus & auerstationis eam determinat; eo maior erit lubitus.  
 Cognitio vero eo maior est, quo plura, quo maiora, quo veriora  
 sicut, quae itaque lubitum, secundum legem adipitus & auer-  
 stationis, vitia determinantem, ingredi nequit. Adeoque hoc  
 respectu actio tragica virtute decora maiori ex lubitu, hinc ma-  
 iori ex arbitrio nascitur, quam ea vitiis foeda. Accedit, cognitio-  
 nem, qua distinctionem, fallere non posse, quo adeoque distinc-  
 tiorem, eo veriore. Vitia itaque, qua talia, non nisi arbitrium sensi-  
 tiuum parit; contra ea liberum sive libertas non nisi virtutes,  
 quas tamen simul sensitiuum quoque excitare potest arbitrium.  
 Si itaque magnitudinem moralem quis actioni tribuere vellet,  
 quatenus maiori libertate determinaretur; concedo nullam in-  
 esse magnitudinem moralem actionibus tragicis vitiis impuris.  
 Quid? quod, concedam Tragoediam inducentem virtutem eam  
 que infelicem, heroem tragicum esse longe perfectiorem. Hic  
 furore vitorum adipitus abdit ensem capulo tenus lateri spe-  
 statorum. Optantes ut vincat heros, veremur ne fugiens pe-  
 ricula



9

ricula in vitia incidat. Tristis exitus liberat nos metu. sequitur nimurum, quo virtus, quo dura vocat fortuna, eoque ipso, quo nos misereficit illius, votis nostris adnuit & dum rumpuntur nescia vinci pectora, audimus gemere ea; Io Triumphé! Sumas vero vitii foedam actionem tragicam, dubito, an grauitate poenarum lacrymis exprimendis patris. Omnis forte tristitia inde oritur, quod heroëm tragicum, talem virum, vitii agitari videamus.

Quadruplicem hanc actionis magnitudinem, quoniam non nisi circumclusi periculis primi ordinis praestantissimi heroës adsequuntur, heroicum actionis in sequentibus dicamus. Tragoedia itaque actionem tragicam heroicam postulat. Quo ipso charactere interno a Comoedia se distinguit.

#### §. 8.

Excitare fortius commiserationem, finem esse, quem intendit Tragoedia, docet §. 3. haud absque fortiori maioris infelicitatis representatione obtainendum; Quum vero finis primarius sit, quae sola ratio ad agendum impellit; eo obtento ipsa destinata actio necesse est; siue secundum canonem metaphysicum: finis in intentione primus est, ast exequitione ultimus. Tragoedia hinc absoluatur fortius excitata commiseratione; siue, quod idem est, maiori repraesentata infelicitate; adeoque tristi gaudeat exitu.

Haud quidem nescio, esse, qui hilarem exitum optime competere Tragoediae iudicant. Quod si in hanc opinionem adducantur, quoniam alias laedi proportionem praemiorum atque poenarum cum virtutibus vel vitiis purant, eumque proportionis defectum haud sine vitio admitti a Tragoediographo; manifesto errant. Contra ea, proportio ea obseruata reprimit tristem defectum adeoque fini Tragoediae contraria reliquenda. Accedit auctoritas Aristotelis, Addisoni, Rapini, Baumgartenii, Meieri, qui omnes fuent Tragoediae, quam tristis claudit defectus. Empore porro, quo sapor politus Graeciam & speciatim rem publicam Atheniensium Musarum domicilium consecraverat, præmia, referente Aristotele, acceperunt non nisi Tragoediae tristi defectu insignes. Si vero quaeras, num liceat, dramata he-

B

roica

roica cum tristi exitu permittere theatris, omnino affirmatiue respondere placet. Ast mallem ea vocari Tragicomoedias vel Comitragoedias, quam Tragoedias. Si quis vero hisce haud moueat rationibus, nobis saltem permittat, in hacce tractatione Tragoediam dicto accipere sensu.

Hactenus dicta de actione tragica constituant notionem Tragoediae ab aliis vel exstructam vel acceptam. Sif sit nimirum Tragoedia exemplum propositionis moralis stricte sietur §. 3. hinc fabulam, Baumgartenii Aesth. §. 526. implicitam §. 5. & dialogisticam, adeoque Drama, Meiers Beurth. der Gottsch. Dichtk. §. 179. heroicum §. 7. cum tristi exitu §. 8. ibid. §. 238.

## §. 9.

Inuenta actione tragica hisce affectionibus instructa, omni opera & studio intendat Tragoediographus, ut eius representatione fini conuenienter moueantur spectatores. Constat vero ex Psychologicis, representationem, quo fortior est, eo magis statum animae mutare, Baumg. Metaph. §. 515. hinc mouere. Quum vero, quo pluribus, quo maioribus aestheticis adornata est pulchritudinibus, eo fortior futura sit representatione. Meiers Schöne Wissensch. §. 23. seq. representationum efficacia erit in ratione libertatis, magnitudinis, dignitatis, veritatis, verisimilitudinis, virae sensituae. Hinc qualibet Tragoediae pars eo maiori libertate, magnitudine, cæt. resplendat necesse est, quo magis parte ea mouere intendit Tragoediographus. Ast omnis Tragoediae cardo circa commutationem tragicam vertitur, quam praecipue sequitur comm. seratio. §. 3. 8. eam itaque, focum Tragoediae, uberrimam, maximam, dignissimam cæt. referat Tragoediographus. Reliquae vero partes Tragoediae, quo arctiori vinculo cum tragica commutatione sunt connexae, id est, quo magis mouere iis cogitat Tragoediographus, eo pluribus, eo maioribus eas induat pulchritudinibus. Sint ideo earum pulchritudinis aestheticæ gradus in ratione nexus earum cum commutatione tragicæ. Hac neglecta cauta lucis umbraeque dispensatione vix ac ne vix quidem præstabit Tragoedia, quem speramus adfectum.

Quum

Quum vero Tragoediographus, sicuti quilibet Aestheticorum, analogon rationis praecipue obiectum suarum representationum elegit; officio latisfecit, modo ei defectus proportionis di-  
Etac haud adpareat.

## §. 10.

Materia exhibens plures sui determinationes pulcre cogitandas, vberitate aesthetica insignis, Baumg. Aesth. §. 115. adeoque reuera vberum erit obiectum Tragoediae repraesentatum, pulcre cogitatis pluribus illius representationibus, et quo plura quamlibet Tragoediae partem spectantia pulcre cogitantur; eo vberior quaelibet pars spectatoribus sistitur. Ast vberima iis offeratur commutatio tragica §. 9. Hinc plurimae illius circumstantiae adferantur, quea scilicet cum ipsa coniunctae rationes 1. propiores 1. proximas comutationis tragicae continent. Est vero ea commutatio arctiori vinculo ad ingenium herois tragicis sumtum indeque maximam partem ortum Temperamentum §. 7. itemque ad aliorum actiones adligata. Pulcre itaque aperiat nobis (α) intimiora mentis herois tragicis. (β) Aliorum referat actiones, rationes mutationis tragicae propiores. (γ) et quum hae proxime pendeant ab Ingenio et Temperamento, pingat eorum quoque characterem eo clarius, quo magis ab iis dependet commutatio tragicae. Sunt haec ea, quae episodia Tragoediarum momenta habent; Eorum hinc vberitas sit in ratione nexus cum commutatione tragicae.

## §. 11.

Magnitudine aesthetica ornatae sunt cogitationes proportionatae suis obiectis vel naturalibus vel moralibus, magnis vel respectu partium multitudinis, ex quibus sunt composita, vel respectu rationum suarum; vel rationatorum. Baumg. Aesth. §. 177.  
181. Quum vero commutatio tragicae omnes Tragoediae partes rationes sui accipiat, §. 10. foecunda sit maximis rationatis in commouenda spectatorum commiseratione §. 3. gradu magnitudinis aestheticae eam omnes Tragoediae partes superare patet. Episodiorum vero magnitudinis gradum determinet ratio

nexus eorum ad commutationem tragicam. Ast nulla pars Tragoediae infra horizontem aestheticum debet esse depressa , Meiers Sch. Wiss. §. 44. 45. Hinc ad commutationem tragicam constituendam haud sufficiet magnitudo absoluta. Baumg. Aesth. §. 178 neque medius circiter gradus magnitudinis relatiuae, ibid §. 180 sed minimum attingat commutatio tragicam gradum superlatuum vel potius ascendat. Quoniam vero quoad magnitudinem moralem sive dignitatem magna intercedit differentia inter actionem tragicam virtutibus conspicuum et eam vitiis foedam, et praeterea haec magnitudo characterem Tragoediographi moralem sifit , vltierius eam cum Tragoedia conserere , a scopo nostro alienum haud iudicamus.

## §. 12.

Dignitate aestheticā non nisi actiones liberae , conuenientes cum legibus moralibus, sunt insignes. Meiers Sch. w. §. 66. Adeoque actiones virtute decorae sunt moraliter magnae. Quo maior itaque aetio vel cogitatio erit , quo liberior , quo pluribus, quo maioribus legibus moralibus, quo magis cum iis conuenit ; eo maior erit gradus dignitatis. Adeoque aestheticā ea dignitate insigniuntur vel solae cogitationes de obiecto ; dignitas formalis ; 1. solum obiectum cogitandum ; dignitas materialis; vel vtrumque, dignitas completa. Hanc consequi studeat Tragoediographus vel certe formalem; dato vero obiecto digno, dignitate materiali data, nihil turpius poterit excogitari, quam si huic formalem deesse finat dignitatem in cogitando. Ex Moralibus constat, solam virtutem conuenientem cum legibus moralibus esse : Sola itaque ea erit moraliter magna , hinc digna materialiter, et digne cogitata, complete digna. Omnia vitia, quatenus repugnant legibus moralibus sunt indigna materialiter et si intra horizontem aestheticum ea inuenias obiectum pulcre cogitandum , tua eorum repraesentatio, formalem accipiens dignitatem, ingentem eorum deformitatem deteget. Capax itaque vitium folius dignitatis formalis erit. Differunt vero gradu prouti virtutes ita vita quoque. In numero respectu licet ea diuidere. Condidores Aesthetices tres praeſertim virtutis gradus

gradus constituerunt; rationem scilicet viuendi simpliciter honestam, nobilem, heroicam; et cum nec vulgus habeat facultatem more nobilium peccandi, nec hi, more herorum, simili modo vitorum species struere licet. Erit ideo dignitas quoque virtutum materialis gradu diuersa, et quum quaelibet magnitudo aesthetica, hinc et species illius, dignitas, postulet, ut proportionatae sint cogitationes obiectis cogitandis; dignitas maior materialis obiecti pulcre cogitandi maiorem dignitatis formalis requirit gradum. Itemque virtus, quibus heroicā modo par est viuendi ratio, maxima materialiter, maximum dignitatis aestheticae gradum in cogitando sibi vindicant, eoque magis dignissime cogitentur, quoniam non poenis ciuilibus nempe, sed solum deformitate, ignominia, contemptu apud posteros &c. a vitiis possunt deterriheres. Quum ideo commutatio tragicā actionis tragicā maximum heroicā gradum sifstat §. 8. 9. sit dignitas omnium Tragoediae partium, vt earum magnitudo §. 11. vberitas §. 10. in ratione nexus earum cum immutatione tragicā.

Propositionem hancce omnes melioris notae Tragoediae compabant. Sumas vitis corruptum heroicū tragicū, quoniam infelicem eum sifstat commutatio tragicā, per se paret, ibi dignitatem formaliter tamē maximam accipere cogitationem. Ast tantum absit, vt amittat virtus infelix gradum quedam dignitatis formalis, vt potius moribunda v. c. Clariſſa in se, centro quasi, omnem combinet dignitatem.

## §. 13.

Repraesentationes porro veras Tragoediae iubet pulcritudo in genere aesthetica §. 9. Meiers sch. w. §. 32. vel obiective tales, vel subiective. Obiectiva veritas posita est in veritate eorum, quae Tragoedia repraesentat, aesthetica; adeoque in intrinseca eorum cum principiis catholicis conformitate, analogo rationis obseruabili. Hinc conueniat quaelibet Tragoediae pars, a) cum principio contradictionis, ita, vt nulla repraesentationum neque absolute, neque hypothetice, neque physice, neque moraliter, ingenio nimirum atque temperamento

mento repugnans adpareat facultatibus mentis inferioribus. Minima hic contradic̄tio sensitiae percep̄ta ridicula finem Tragœdiae irritum facit. Maximum præfertim ingenium supponit caenida impossibilitas moraliter talis, inuolens absentiam actionis personae cuiusuis repugnantiae cum charactere illius, vel iam ex historia supponendo. Etenim

Telephus & Peleus, quum pauper & exul vterque  
Proiicit ampullas & sesquipedalia verba;

Horat, de art. poët.

vel ex conditione aetatis,

ne forte seniles

Mandentur iuueni partes, puerisque viriles.

vel ex charactere generali nationis,

Intererit multum, - - loquatur -

Colchus an Assyrus; Thebis nutritus an Argis.

vel ex ipsa Tragoediographi fictione,

Si quid inexpertum scenae committis & audes

Personam formare novam: seruetur ad imum

Qualis ab incoep̄to procellerit & sibi confiter.

vel ex quoconque alio fonte characterem fas est suam accipere directionem. <sup>(2)</sup> Conueniant omnes Tragoediae partes cum principio rationis, ita vt non solum verus adsit analogo rationis patens consensus actiones inter & characteres agentium, sed inter representationes quoque Tragoediae & inter se & cum omnibus eo pertinentibus circumstantiis sensitiae haud inobseruabilibus. Quum porro commutatio tragica ea pars sit Tragoediae, cuius reliquac omnes rationes adferuntur; §. 9. 10. ipsa vero ad finem, quem intendit Tragoediographus, commiserationem excitandam plurimum conferat; §. 3. 5. maximum nexum analogo rationis obseruabilem ei inesse patet, adeoque maxima eam confirmatam esse veritate aesthetica, & quamlibet partem Tragoediae eo maiori resplendere veritate, quo arctius cum commutatione tragicā erit ea concatenata,

S. 14.

## §. 14.

Nemini forte occurret nobis in animo esse hisce dictis cogere Tragoediographum strictissime vera referre, modo ficta  
fint proxima veris,  
Nec quocunque volet poscat sibi fabula credi; §. 13.

tunc omnia concedamus Tragoediae quaecunque ad finem facere possunt, A scopo nostro alienum videtur de fictionibus tragicis multa differere. Interim nobis probatae sunt fabulae, quarum mutationem saltem tragicam strictissime veram suppeditat aut historia aut fabula historicam fere adepta auctoritatem.

Rectius iliaca canticum deducis in actus  
Quam si proferres ignota indicataque primus.

Eo ipso nimirum maior obtinetur verisimilitudo, & spectator sua interesse facilius sibi persuadet, nosse causas sibi iam notae commutationis. Episodiorum vero ac reliquarum, quibus implicita est actio tragica, circumstantiarum meminerit Tragoediographus adhibitis fictionibus strictius historicis, consentaneis etiam, inter se & cum mutatione tragicis. Caudendum hic est, ne

quid medios intercinat actus

Quod non proposito conducat & haereat apie.

3) cum qualibet parte mundi huius aesthetice obseruabili, Sunt enim fictiones strictius historicae, quibus, suppositis omnibus in hoc mundo sensitiae nobis notis eventibus, fieri non contradicit. Possunt eae interdum strictissime verae esse praeter intentionem fingentis. Heterocosmicas fingere fabulas Tragoediae intexas, nemini ego quidem vellem auctor esse suaforque, quarum praeterea admodum paucas Theatrum admittet.

## §. 15.

Tragoediae veritatem subiectiuam tribuentes §. 13. eam vocamus ordinem analogo rationis obuium, quo Tragoedia vera obiectiuam talia §. 13. repraesentat subiectaque menti spectatorum.

Constiti-

Constituitur haecce veritas ordine repraesentandi veritates Tragoediae, id est methodo tragicis. Tragoedia requirit exemplum propositionis moralis actionem, ex pluribus partibus compositam §. 3. 10. ita repraesentandam, quasi extra fabulam res ageretur. §. 8. Ast, experientia teste, in communi vita actiones sepe ita excripiunt, ut rationes ante eant, easque sequantur rationata. Quilibet hinc alias ordo analogo rationis inconueniens videtur, adeoque eadem in repraesentandis fabulis tragicis methodus observetur, quam sequentur res, si extra fabulam aji concipientur, hoc est, antecedant actiones, rationes, sequantur rationata. Hinc quoniam ad commutationem tragicam constituendam omnes reliquae partes Tragoediae, rationes adsunt, mutatio tragicica, exitus Tragoediae, seriem claudat. Eam commutationem conferens cum quacunque parte Tragoediae in foco eius quasi constitutus perspiciat, quare quaelibet actio repraesentetur, quare hoc praecipue loço inducatur; quare in eo gradu vberatis, magnitudinis caet, quare eo charactere induantur agentes. Commutatio tragicica, centrum methodi tragicae, maximam hinc Tragoediae induit veritatem subiectiuam.

Ratio hinc patet, quare in genere iubeatur prima scena actionem incipere tragicam, omnesque personas agentes primarias suis sifstere characteribus. Hoc enim facto ordo tragicus analogo rationis magis accommodatur. Ast nobis Tragoediographiam haud exarantibus satis est ea notasse,

### §. 16.

Gradus veritatis, nihil falsi inferioribus mentis facultatibus cognoscendum relinquens, aestheticam constituit verisimilitudinem. Baumg. Aesth. §. 483. Ad eum vero quoniam euchi non potest Tragoedia, nisi §. 13. 15. obseruat; legumibi Tragoediae praescriptarum vsus adeo manifestus erit, ut iis negligitis Tragoediographus, lacrymas exspectans, risum excitasse experietur. Numquam ideo eas negligat, neque in generali totius dispositione

Huma.

Humano capiti ceruicem pictor equinam  
 Jungere si velit & varias inducere plumas,  
 Vnde collatis membris; vt turpiter atrum  
 Desinat in piceum mulier formosa superne.  
 Spectatum admissi risum teneatis amici?  
 Credite, Pisones! isti tabulae fore librum  
 Persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae  
 Tingentur species, vt nec pes nec caput vni  
 Reddatur formae.

neque speciali partium elaboratione & cogitationum

Honoratum si forte reponis Achillem

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,

Jura negre sibi data: nihil non arroget armis.

Sit Medea ferox, iniustaque; flebilis Ino

Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

& expressionis cogitationum

Si dicentis erunt fortunis absonta dicta;

Romani tollent equites pedesque cachinnum.

§. 17.

Tragoediae hisce legibus conuenienter exaratae, ne lucem  
 quidem aestheticam defore puto neque certitudinem aestheticam.  
 Prior nimurum pendet a claritate extensiua, orta nempe a  
 multitudine notarum representationis. Quo plures itaque no-  
 tas, quo maiores representationis quaedam continent, hoc maiori  
 luce resplendescit, cuius maior gradus nitorem constituit. Quum  
 vero fieri possit, vt quaedam representationis nota repugnet  
 fini, quem intendit pulcre cogitans; quaedam magis cum eo con-  
 sentiat; quaedam minus; quilibet Aestheticorum cautam lucis  
 umbraeque adhibeat dispensationem necesse est. Hinc Tra-  
 goediographus omnimoda tegat obscuritate notas fini repugnan-  
 tes; minus cum eo consentientes umbra obducatur; magis, luce  
 resplendescere faciat; maxime, nitore. Est vero id ex nexus cu-  
 iuslibet representationis atque illius notae cum commutatione  
 tragica dijudicandum. Lux itaque aesthetica secundum easdem  
 regulas disperiatur a Tragoediographo, quibus conuenienter

C

eum

cum oportet gradus vbertatis, magnitudinis caet. determinare.  
Veritas vero aesthetica, luce iusta illuminata, certa adpellatur.  
Omnes itaque Tragoediae partes in eo gradu certae erunt, quo  
veritate atque luce iusta resulgent. Omnia haec quoque ordi-  
nis erunt virtus,

& venus (aut ego fallor)

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici  
Pleraque differat & praefens in tempus omittat:  
Hoc amerit, hoc spernat promissi carminis auctor.  
Quo facto nec definet eum lucidus ordo.

S. 18.

Tragoedia sifit fabulam heroicam ad excitandam commiseratio-  
nem §. 3. 7. Adeoque eius repraesentatio tendens elateres adfe-  
ctuum mentis sit pathetica, hinc vita sensitiua instrueta. Di-  
spiciamus itaque, quae sint ea, quae efficiunt repraesentationem  
tragice patheticam. Vim animae suae determinans, ad perce-  
ptionem alicuius oppositam producendam, auersatur. Experi-  
entia vero comprobante nemo vim suam dicto modo determi-  
nat, nisi respectu displicientium, quae praeuidemus in serie  
perceptionum nostrarum extitura, praesagimusque conat quo-  
dam nostro prohibenda. Hinc lex auerstionis: Quae disipli-  
centia praeuidens impedienda nisu meo praesagio, eorum oppo-  
situm adpeto, Baumg. Met. §. 665. id est auersor. Auersa-  
tionem itaque in me excitans ( $\alpha$ ) rem eam dignam, quae di-  
spliceat mihi, exhibeat; hinc intuitum multarum, magnarum  
imperfectionum in me producat. ( $\beta$ ) Eam rem in serie perce-  
ptionum mearum aliquando extituram; at ( $\gamma$ ) nisu quodam  
meo auerti posse mihi persuadeat. Distincte ea proferat, si no-  
luntatem; sensitiue, si auersationem sensitiuam; fortius, si for-  
tiorem; debilius, si debiliorem cogitet excitare. Quoniam vero  
ingratus adfectus non nisi auersatio sensitiua fortior est; commis-  
ratio, tristitia orta ex alterius infelicitate, eo modo erit excitanda;  
vt  $\alpha$ ) fortior alterius infelicitatis, qua displientis, intuitum  
exhibeat. Hinc intuituam imperfectionum plurimum, maiorum,  
quas alterius inuoluit infelicitas, sifit Tragoediographus cogni-  
tionem. Infelicitas, caeteris paribus, eo maiorem inuoluit im-  
perfe-

perfectionem, quo minus ea conuenit cum statu infelicitis, & quo pauciores huic insunt, quibuscum conuenit, quo minores determinaciones; adeoque quo minus eam meruisse heroēm tragicum intuemur, eo maiori, caeteris paribus, ex ea tristitia adficiamur, necesse est. Moralia vero docent, vitia sola digna esse, quibus inuratur nota infelicitatis. Ab hac parte itaque heros tragicus, virtus infelix, maximum praestare effectum videtur. Quo itaque maiori eum induit virtutis splendore, eo maior erit gradus commiserationis, quocum tamen ipso voluptatem continuo in mente crescere videamus, si Tragoediographus suis haud impar fuerit partibus. Idem ipse nimirum splendor virtutis heroicæ ab altera parte augens commiserationem, ab altera voluptatis elateres tendit. Laetitia mixtae lacrymae spectatorum oculis oboriuntur. Neminem vero tristem affectum excitatur, voluptatem negligere oportere, Aristoteles nostræ aetatis Meierius, soliditate consueta docuit, in sch. W. §. 182. seq. Quilibet autem vitium sumens actionem tragicam, haud ita feliciter haec comoda obtineri posse, experiatur.

Dubium quod mouere quosdam video, infelicitatem parere auerſationem virtutis, quemlibet soluendo parem iudico.

#### §. 19.

Ast haec non sufficiunt ad commiserationem excitandam; sicuti omnis tristis affectus postulat persuasione, obiectum auerſandum exstirum esse in serie nostrarum perceptionum, ita & in commiseratione  $\beta$ ) de alterius infelicitate idem perſuadeat Tragoediographus mouendo. Absolute id facere tentare, hinc absolutum producere affectum, absolum foret, tentet hinc idem sub hypothesi quadam, excitet affectum hypotheticum; adeoque spectatori perſuadeat, eum ipsum esse heroēm tragicum. Et sub ea hypothesi eum tanget affectus, qui solum heroēm tragicum fert. Id efficies viuidiori virtuti heroicæ & infelicitatis representatione, adeoque vberiori, maiori, digniori, &c. Omnimoda haccce earum representationis pulcritudine, hinc in actione tragica, virtute decora, summa heroicæ virtutis maiestate, mentem spectatoris, quae capax heroicæ, extra se quasi rapiet. Adflatus

voluptate ex materiali ac formal i representationum maiestate easdem perceptiones in mente sua gignere nittitur; hinc omnibus herois tragicis se inuoluit circumstantiis & postremus se fingit heroem tragicum, quo ipso facto sentit & infelicitatem eius, hoc est, miserescit eum herois; & voluptatem quam virtus in mente procreat. Videre hinc est, qui fit, ut plebeculam Tragoedia adficere non possit, si vel omnes obserues Tragoediae regulas & Theatri. Securior est homo mente plebeia ab affectu heroico, quam incola pulueris a laetione viatoris. Nisi denique γ) accedat persuasio, nisi quodam nostro impediri posse perceptionem, affectu adfetti iusto remissiores desperatione erimus. Hanc persuasionem maximam partem spectator ipse inueniet, licet attenus ad actiones herois periculofiores interdum sublevari posse a Tragoediographo. Quis vero credat, parvulam mentem, tot tantisque circumfusam periculis remedia contra ea inuenire posse? hinc affectum heroicum, si in ea receperimus ponamus, diuturnum esse futurum.

## §. 20.

Quemlibet affectum eo quoque ad maiorem euchi posse gradum, si propriori nexus cum eo coniuncti alli simul excitentur, ex Psychologicis hic supponere licebit. Hanc itaque esse propositionem determinantem affectus secundarios, episodiorum scilicet, quilibet perspiciet. Quem nexus affectum, quos nimurum episodia exprimunt, cum eo in actione tragica regnante, unitatem affectuum vocabimus. Perpendens vero, commiserationem tristitiam ortam ex alterius infelicitate, nitatur ideo oppositam huic perceptionem producere, felicitatem herois tragicis. Adeoque ex eius felicitate capiat voluptatem, necesse est; hinc eum amore complectatur. Episodia itaque, heroem tragicum sistentia dignum, qui ametur, unitati affectum fauent. Virtutem, eamque heroicam, quoniam eminentiori sensu amore digna est, iterum hoc respectu actionem tragicam esse praferendam patet, licet haud negauerim, materiale viti, quale id Tragoedia postulat, eas herois tragicis vires detegere, quae nos eum amare cogunt. Si porro ponamus herois tragicis infelicitatis rationem esse alterius actiones

ones, quas ex intentione commitit; tristitia ex eius vel physi-  
cisc, vel moralibvs vel ciuibvs perfectionibus nos occupet  
necessitate est. Adeoque odisse eum, qui etenim creator infeli-  
citas herois tragici, quatenus nos miseret illius, erit affectus  
secundarius seruans in Tragoedia vnitatem affectuum. Quae  
omnia tamen vltius ex individualibus Tragoediae cuiuslibet  
conditionibus erunt determinanda. Tragoedia laedens vnit-  
atem affectuum similis est immenso mari, cui ab omnibus par-  
tibus venti insistunt. Nauis ei credita, modo huc, modo illuc  
iaetata, numquam portum petet.

## §. 21.

Tragoedia iure suo sibi postulat heroes tragicos, Diis ge-  
nitos, primorum ordinum homines, eosque praelare factis,  
sive virtutis eminentes prae caeteris, sive virtutibus §. 5. 6. Ast  
hi, atavis editi regibus, vel a natura, vel consuetudine cum  
maximis suae aetatis ingeritis, vel institutione excellens inge-  
nium, praelaram indolem, celsos mores acceperunt, vt actio  
eorum atque cogitatio magnopere differat a sequiori ordine, si-  
mili licet cum iis ponatur charactere morali. Hinc si, vti in a-  
ctionibus tragicis grandia cogitent, ubi praeterea affectus tra-  
gicus omnem sensum eorum, studium, cogitationem, mentem  
denique omnem ad eam rem trahit, quae eos adficit; cogitandi ge-  
nere id facient materie suac adaptato. id est, sublimi,

Ne, quicunque Deus, quicunque adhibebitur heros

Regali conspectus in auro nuper & ostro

Migret in obscuras humili sermoni tabernas.

Leges huius cogitandi generis more suo, id est, solide explanavit  
Baumg. in Aesth. section. XXI.; quas heic referre non placet.

## §. 22.

Idem de stilo erit iudicandum. Lingua maiori gradu pulchra,  
hinc legibus suis conueniens, prae sumitur in ore Principum. Di-  
vitiae atque maiestas sermonis factae sunt illis altera quasi natura.  
Tot itaque, tantasque expressiones, cum tot, tantisque coniungat  
repräsentationibus, quot, quantasque cuiilibet fini prop fito  
sufficere iudicat Tragoediographus. Adeoque partis cuiuslibet  
sermonis diuitiae atque maiestas erunt diiudicandae ex diuitiis at-

que maiestate cuiusuis loci relatiuis. Loquatur ideo Tragoedia cum gradu pulcritudinis, proportionato pulcritudini cogitationum, adeoque stilo sublimi. Etenim Aeschilus docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Accedit adfectus tragicus, qui, quoniam leges proprias vocum ordinis praescribit, propriamque fibi fingit syntaxin in qualibet lingua; eam sectans spernet timentes, ne constructionem laedant vulgarera, casu, quo vitio iure illis vertitur eam obseruasse. Ecce pedantisimum Grammaticorum, quos

culpae fuga in vitium ducit.

Nemo non vider, nobis neque barbarissimos neque soloecismos defendere in animo esse. Sunt tamen Criticorum regulae quadam infinite parui valoris, quas ignorare, non scelus, & obseruasse honor non erit. Continet practerea Grammatice regulas vniuersaliter expressas, reuera pro vniuersalibus non habendas. Orta sic est Grammatica figurata, quam rite constitutam Grammaticam adfectuum dicemus. Ea est, quam, neglectis regulis vulgaribus, obseruasse, dato quodam casu gloria dici potest.

#### §. 23.

Vsus exinde figurarum grammaticarum §. 22. rhetoriarum §. 21. diiudicandus. Pars saltem earum, sermo adfectuum, apta est animis commouendis atque accommodata. Heroës vero tragici, pars ardent cupiditate grauiora euitandi pericula, pars ea subeundi, pars aliis perturbantur adfectibus §. 4. atque ad vnum omnes finiat eos Tragoediographus ad affectus, speciatim commiserationem, excitandos. §. 3. Utatur itaque tropis atque figuris, quatenus cum fine suo faciant, affectusque dati naturae consentiunt, omnibus. Quae tamen generalibus regulis haud adstringenda, ex circumstantiis cuiusuis casus specialis, v. c. personae loquentis, gradus quo commouetur, affectus excitandi, caet. sunt definienda.

#### §. 24.

Tragoedia pulcre cogitata sermone induit iis proportionato, §. 22. Adeoque eam omni ornat perfectione, quam capere potest. Est vero quaedam Euphonia, quam commixtio syllabarum breuum parit atque longarum, eo maior, quo plures syllabae, quo perfectioribus regulis conuenienter determinantur. Quo pulcrius cogi-

cogitata itaque sermo quis exprimat, eo maiorem Euphoniae gradum adscendat. Hinc Tragoedia syllabas saltem plurimas regulis perfectioribus conuenienter determinet, quem gradum Euphoniae, metrum dictum, sibi vindicat Poësis. Id itaque in subdium vocent Tragoediographi, cuius regulae speciales ex natura representationum haurienda sunt. Ast hunc laborem, si non transcendere sphäram virum humanarum dicendus erit, difficultum iudico. Etenim ponamus ingenium aesthetico-philo-phicum regulas innenire, metrum cuius aestheticae pulcritudinis gradui, cuius adfectui proprium vindicantes. Tot itaque metra essent, quot gradus aestheticae pulcritudinis, quot adfectus exprimendi. Metrum hinc unum idemque vni Tragoediae haud sufficeret, & eo magis in pluribus differret. Generaliter hic nihil strictius determinandum esse puto. Interim, quum versus hexametri vel soli vel cum pentametris mixti, differentiam quamdam individuorum admittant versuum, commode hi inseruent Tragoediae. Clangor vero unisonus in fine versuum omnem tollit Tragoediac verisimilitudinem; maximum ori magna sonaturo obiicit impedimentum, taedium sui parit & vel nullam vel certe inobferabilem adfert pulcritudinem; adeoque prorsus e Tragoediae finibus sit extorris. Foret ei, quod Musicae tragicae lyra mendicantium.


## §. 25.

Divitem materiam requirit Tragoedia episodia; ditissimam mutationem tragicam; vberam eorum representationem, huius vberrimam §. 10. Ast tabescit qualibet materia, vberima quoque, sterilam, quorum

tres coeli spatium distat non amplius vlnas,  
ingeniorum iniuria; contrahitur quasi ea, veluti superficies luna  
iae adspectu incolae terrae, oceanum pro oculo habentis. Contra ea, ingenia, quibus

linguae centum, oraque centum,  
ferrea vox,

esse videntur, materiem circum inopem quoque, ast intra horizontem aestheticum positam flores spargent vel saltem foliis vmbracula texent, neque hoc erit ignobile carmen. Meiers sch. w. §. 58. Divitem hinc venam Tragoediographum accepisse iubemus



bemus. Hinc rem in genere vbertim possit repraesentare. At enim, quo maior erit materia, quam quis sibi sumit; quo vberiorum eam sistere, hoc est, quo plura, quo maiora de ea cogitare promittit; eo maiorem gradum vbertatis subiectiuae in eo supponimus. Quum vero Tragoedia sistat virtutem, vitia, quae, diuerso licet respectu, summum moluntur per aethera currum, §. 4. quum vbera, vberrima §. 10. magna, maxima §. 11. ea repraesentari Tragoedia iubat; virum quoque quaerit, cui bona est copia prouiae frugis. Loquuntur vero principia psychologica, alteram facultatem cognoscituam nobis sistere ea, quae repraesentare altera nequit. Obiectum itaque qui pluribus exhibet facultatibus cognoscituis, caeteris paribus, plura de eo cogitare valet, quam qui paucioribus. Quo pluribus itaque, quo perfectioribus ingenium quoddam abundat facultatibus cognoscituis, eo vberius obiectum repraesentare poterit; eo ditioni vena illud gaudet. Patet itaque nulla facultatum cognoscitarum insigniter destitutum esse oportere Tragoediographum; potius qualibet facultate vtendi potestate maiori gradu instructus sit. Progredientes nunc ad species facultatis cognoscituae, disquiramus, quantum quaelibet conferat, vt finis Tragoediae obtineatur.

## §. 26.

Nota hic svpposita Philosophorum diuisione facultatis cognoscituae in superiorem & inferiorem, cuiilibet hanc cum Tragoedia conseruenti mille rationes occurrent, quare ea, sine vsu maioris facultatis cognoscituae inferioris gradus, ne cogitari quidem possit, multo minus fini suo satisfacere. Ex multis illis vnam adferre placet. Excitatio trifisi adfectus adeo arctiori vinculo cum fine Tragoediae est coniuncta, vt drama tragicum ei impar, nomen eius mereri haud censeamus. Quas vero repraesentationes fontes iudicabis adiectuum? ni me omnia fallunt, confusas. Contempleris, quae fo, quos incessit vel spes, vel amor, vel inuidia, vel timor, vel ira, vel quiuis alias affectus. Omnes respondere poterunt tibi, quaerenti, quae fint ea, quae sperant, quae amant, quibus irascuntur &c. Hinc clare percipient obiectum, quod eos ferit. Et qui fieret, vt adfectibus statuant modum distinctae notiones, si iis ipsis niterentur? Qui fieret, vt iuu-

iuueni, simulac venas inflavit tetra libido, oleat Pyrrha pastillos,  
quae omnibus hircum. Certe male habent distinctae ideae con-  
iuges, tertia, a nuptiis celebratis luce clamitantes:

Quis sudo vietis & quam malus vndique membris,  
Crescit odor?

Horat. Epod. XII.

Omnia haec confirmant, ortum trahere adfectus non nisi ex con-  
fusis repraesentationibus. Sola vero facultas cognoscitua infe-  
rior eas producit, quare eam necessariam iudicamus cuilibet, cu-  
pienti animum perturbare. Debilis vero repraesentatio adpeti-  
tum ne obseruabilem quidem gignit, ne dicam fortiorum; hinc  
quoniā effectus caucae suae proportionatus, erit adfectus, for-  
tior adpetitus sensitius, fortiori nitatur sensitius repraesentatione  
necessē est, quae perfectiorem facultatem cognoscitiam infe-  
riorem matrem agnoscit. Ergo Tragoediographus cupidus com-  
miserationis excitandae, instructus sit perfectiori facultate co-  
gnoscitiae inferiori. Quum praeterea hic supponamus omnes li-  
neas, ingredientes characterem Tragoediographi, qua Aestheticī  
practicī, quas duxit M E L E R in sch. W. part. 2. item B A V M  
G A R T E N in Aesth. §. 30. seq. nemini dubium erit, facultatem  
sentiendi, imaginandi, caet. ingredi characterem Tragoediographi,  
& nihil nobis reliquum esse putamus, nisi recitare, quibus ha-  
rum facultatum in fabula sua exaranda praecipue vtatur Trago-  
diographus.

S. 27.

Si hic supponamus facultatem sentiendi atque imaginandi,  
cuilibet aliī cognoscitiae facultati, suppeditando materialia,  
inseruentem, in quolibet Aestheticorum in ratione gradus  
reliquarum cognoscituarum facultatum, quo iis opus est, ma-  
gnam requiri; vnicum id, quod nimurum in res serias, arduas,  
heroicas debeat incidere ea, nobis notantibus, prima venit per-  
pendenda facultas identitates rerum sensitivae repraesentandi at-  
que diuersitates. Prior harum ingenium strictius sumtum, po-  
sterior audit acumen. Facultates tam amice consentientes in  
pulcritudinem repraesentationum, vt altera adplicata fine altera  
in nexu operis deformitates pariat necesse est. Sicuti viator in

D

incer-

incerto itinere errans, duce destitutus, modo orientem versus vagatur, modo occidentem, decies eumdem repetens locum, ita acumen sine duce ingenio mille profert repraesentationes, in nullo fine coniunctas, modo huc, modo illuc animum cogentes. Quem vero deficit acumen, ingeniosus, similis est nautae, qui scopulis pro portu adstupens naufragium facit. Interim brevibus inuestigemus, quid quaelibet earum per se spectata, conferat ad Tragoediam exarandam. In sequentibus commonstrabo, neminem Aestheticorum, vocantem sub iudicium singulas repraesentationes totumque, facultate identitates rerum perspiciendi carente posse. Hic loci vero pulcrum pulchriorum repraesentationum matrem eam spectamus. An vero ita spectata vsum sit Tragoediographo in singularibus creandis repraesentationibus, pars certe Criticorum dubitare videntur, quippe arbitrantur, lusus ingenii repugnare & fini Tragoediae & praefertim affectui herois tragici grauiori. Ast, me haud videre, confiteor, vnde adserta haecce sint probaturi. Ponamus enim miserum quemdam conqueri de suamiserie & determinationem quamdam infelicitatis, (A) nobis subiungere mediante (B). Si (B) per se spectatum nihil, neque commiserationi, neque affectui tragico, contrarii involuat; si comparatio vim animae prodat maxime intentae ad obiectum, quo adficitur, si (B), neque pulcritudine sua neque alio modo repraesentationem (A) vel prouersus impedit, vel vim eius ab ea parte minuat, a qua peccus ferire debet; Contra ea si ipsum (A) cum (B) comparatum ab ea parte maiori luce resplendet; hisce suppositis, ipsam comparisonem aptam esse ad commiserationem excitandam, affectuique heroico haud contrariam, quilibet concedet. Legas, si dubites hisce conditionibus indu posse creaturas ingenii, venustam versionem Tragoediae, Agamemnon dictae, & eius generis plura; Omnia perdam, quae loca ab ingenio strictius sumto vitam acceperunt suam, summate adficient commiseratione, nisi

de duris genuit te cautibus horrens  
Caucalus, Hyrcanaque admirorunt vbera tigres.

Virg. Aen. L, IV.

Adeo-

Adeoque quin Iesus ingenii admittat Tragoedia in singularibus repraesentationibus, non est, quod dubites. Ast maxima hic cautione opus est, vt omnia fiant fini Tragoediae & affectui tragico conuenienter. Sin autem quaeras, an Tragoediae singulares repraesentationes finem possint adsequi, licet non sint pulcrae, ingenii strictius sumti creaturae, adfirmatiuae faueo responsioni. Infelicitatem enim, plurimis faltem casibus, quoad omnes commiserationem excitantes partes perspicere valemus, licet non cum aliis rebus eam comparemus.

## S. 28.

Ast longe alia via, de acumine, facultate diuersitates rerum percipiendi iudicans, incedo. Sicut enim sine acumine omnes nostrae repraesentationes, densa quasi nebula inclusae, ne vlla quidem ex parte sentiri possunt; ita palmam illud praeripet omnibus facultatibus cognoscitius inferioribus, in viuidis creandis tragicis repraesentationibus. Omnis enim claritas, hinc & ipsa conscientia a distinctione, id est, perceptione diuerorum adeoque ab acumine pendet; & quaelibet perfectio cognitionis sensitivae, vberitas, dignitas, lux aesthetica, caet. quo perfectiores sumuntur, eo maiorem acuminis gradum supponunt. Patet vero ex antec. Tragoediographum, excitaturum commiserationem, omnibus hisce perfectionibus eminentiori gradu ornata infelicitatem herois tragici, Characterem eius moralem, ciuillem, caet. subiictere debere spectatoribus. Quod ipsum maiorem acuminis gradum vindicaret Tragoediographo, si vel aliae rationes decessent. Sunt tamen alia adhuc & maiora. Tragoediographus non referendo herois tragicci infelicitatem proprio sermone studet, sed heroes ipsos inducendo, qui, maximo agitati affectu, ipsi suas tradunt calamitates, rem suam exponit. quis vero adeo ignarus est mentis hominum, vt nesciat, obiectum vel adpetendum vel auersandum, ab omnibus partibus, quae ad augendum affectum facere possunt, percipi ab iis, quos incessit affectus. Centum iis occurruunt determinationes, quas praeter eos nemo ertiere valet; & eadem aliis oberrare visi chorda, maxime diuersa, saepiusque vere talia, adduxisse credunt. Experiencia haec adserita comprobat, quae cum demonstrationibus psy-

versus  
, ita  
, in  
tes.  
qui  
ibus  
at ad  
semi-  
esen-  
i ca-  
ratio-  
Tra-  
pars  
lufus  
herois  
dfera  
con-  
(A)  
, ne-  
luat;  
ctum,  
modo  
us ab  
psum  
elcat;  
isera-  
qui-  
indui  
Ag-  
quae  
umma  
  
Adeo-

chologicis adprime conuenient. Adspicias quaeso vel iratum, vel quemvis alium mente perturbatum. Quot ille, quantasque quacunque actione ab hosti sibi inlatas deteget iniurias? a quot partibus aetiones eius lustrabit, quas non nisi in malam partem accipi posse regulae interpretandi adfectui propriae ei persuadent? Excuset hic actiones suas; ostendat innocentiam; blandiatur; veniam petat. Ferreis sane omnia ea excipiet auribus, et tantum abest, vt iis mitigetur iratus, vt potius nouas eo iniurias fingat. Imo ipsa sedulitas, quae diversitatis representationem suppeditat, acumen, multum confert ad defectum cognitionis symbolicae, quem in grauioribus obseruamus adfectibus. Undique, maxima vi representationes, celeritate praecepitis fluminis, in mentem sese praeceperunt, sibique inuicem succedunt, adeoque quando vnam earum exprimere cogitat, mille iam adsunt, quas a precedentibus discerit, quae maiori iure id sibi postulare videntur. Accedit, gradus representationum acuminis adeo magnos adparere, vt expressiones obiectis proportionatas inuenire, haud sibi concessum esse credat. Qui quaeso fieri poterit? vt Tragoediographus, quem eadem ratione representationes patheticas inuenire oportet, ac si ipse adfectu tangeretur, maiorem grauioris adfectus gradum oratione adsequatur, nisi maiorem acuminis gradum adhibeat. Ipsae porro figurae, creaturae magna ex parte acuminis, Paradiastole, Antimetabole, Praeterito caet. maximo Tragoediae erunt ornamento, vnum modo obseruetur, ne vsus earum vacuum ab adfectu fistat heroem tragicum. Ex his omnibus euictum esse puto, maiorem acuminis gradum fontem esse ex quo necessario hauriat Tragoediographus singulares representationes.

## §. 29.

Sat luculentē §. 14. ostendit, Tragoediographum vel omnem Tragoediam vel partem illius vsu facultatis singendi creare, & quum praeterea ex generali poetae charactere hic supponere licet maximum huius facultatis gradum, prolixiori demonstratione eum Tragoediographo vindicante heic possemus supersedere. Interim vt eo minus de hisce dubitare possis adfertis, breuibus explicare placet, quae praefest et facultas praecipua Tragoediographo officia;

cia; quemque circiter occupet gradum. Vberiores in genere  
 Tragoedia postulat repraesentationes §. 10. maiores §. 11. dignio-  
 res §. 12. ita vt digniora non nisi cum sibi proportionatis combi-  
 nentur. Quin itaque fictiones creare debeat Tragoediographus,  
 vberas, magnas, dignas, nemini dubium esse potest. Vbertas vero  
 fictionum extensione huius facultatis obtinetur ac protensione,  
 sicuti magnitudo, dignitas earum, praesertim illius intensione.  
 Vasta hinc, intensiue atque protensiue magna vtatur Tragoediog-  
 graphus facultate fingendi. Vastam se praebet facultas fingendi,  
 vel plures fictiones creando vel fictionem aliquam datam vber-  
 tate ornando; Protensiue magnam, si eam diutius gradu pulcritu-  
 dinis proportionato nobis persequi liceat; Intensiue magnam  
 denique, si maiora, digniora cum maioribus, dignioribus sibi pro-  
 portionatis coniungat in fictione. Quam vero virtus heroica,  
 obiectum Tragoediae §. 3. maximum dignitatis gradum tangat  
 §. 12.; quoad dignitatem nulli carminum inferior erit; adeoque  
 maxima intensione facultatis fingendi gaudeat Tragoediographus;  
 licet non repugnem si quis extensione atque protensione  
 fictionum eum superari ab Epopoeiographo contendat. Interim  
 tanta sit necesse est, quantam & finis Tragoediae requirit & adfe-  
 ctus hypotheticus, quo inductum esse Tragoediographum oportere  
 nemo negabit. Eum vero sine maiori gradu vbertatis fictionum  
 neminem adsequi posse, natura huius affectus docet. Non nisi  
 incensus ditissimis summae virtutis heroicae maiestatis repre-  
 sentationibus poeta debito in suam materiam impetu fertur. Vir-  
 tutem heroicam eam mente concipiatur, quae omnem campum ani-  
 mae circumluceat, peccorisque interiora feriat viscera. Nudam  
 eam philosophice concipias quaeſo! placebit? forte; ast nego  
 posse id efficere quod postulo. Regali vero splendidam luxu eam  
 instruas; in imagine aureis illuminata coloribus eam intuens fa-  
 cultates inferiores occupes; Periculis eam vndique circumfusam  
 maximis fingas; fractus illabatur orbis, ast impavidam eam feriant  
 ruinae; propria sua vi innixa arcis attingat igneas; tunc in admira-  
 rationem vel potius ardorem sui amore te rapiet & sequeris,  
 quo te vocabit; sic exciet omnes facultates mentis inferiores, viri-  
 bus que eas instruet maximis. Vides hinc, quare eo maiorem gra-  
 dum

dum facultatis singendi requirant poēmata, quo maiori in se im-  
petu ferri poētam iubent.

§. 30.

Sine p̄aeuisionib⁹ atque praefagitionib⁹ iisque sensitiuis,  
omnem & adpetitum & auerſationem sensitiuam impossibilem  
esse, leges adpetitus sensitiui & auerſationis loquuntur. Adeo-  
que si ex fortioribus iis determinentur, ipsi adpetitus atque auer-  
ſationes fortiores erunt, hinc adfectus. P̄ouisionib⁹ itaque  
fortioribus sensitiuis atque praefagitionib⁹ nituntur adfectus.  
Quodsi itaque heros quidam tragicus, quem ingratu agitat adfe-  
ctus, inducatur, vt Tragoedia eum postulat §. 3, p̄aeuideat ne-  
cessē est, mali quid extitrum in serie perceptionum suarum,  
praefagiātque nisu quodam suo illud posse auerti, & spectatores  
actionum herois tragicī aduersarum p̄aesertim, adducat ad p̄ae-  
visiones atque praefagitiones herois tragicī, quibus contuenienter  
instituat suas actiones. Hoc nimurū factō cauet Tragoediographus,  
ne veritati contrarius fulgura mittere, coelumque mouere  
Jupiter haud offensus atque Acheronta heros tragicus videatur,  
ridiculo sane fabularum quarumdam romanensium more. Et  
quo plures, maiores p̄aeuisiones: quo plures, maiores praefagi-  
tiones permittit heroi suo Tragoediographus; eo maiori eum in-  
struet prudentia, quod optime conuenit cum charactere illius  
§. 5. 6. Adeoque facultate p̄aeuidendi atque praefagiendi in-  
strūctum esse oportere poētam Tragoediographum, nemo non  
concedet.

Si qui fint, qui eam ob rationem gradum harum facultatum  
minuent, quoniam Poēta, creator herois tragicī, facile possit p̄ae-  
videre, quae ipsi contingent atque edoctus aliorum actiones p̄ae-  
fagire, quoniam suo nisu e manibus eorum effugere queat, hi  
oblii effidentur officii Tragoediographi. Perpendant velim  
Tragoediographum, hanc dissimulanten hancē cognitionem,  
omni momento monere spectatores infabula, non in vita rem agi,  
id quod maxime fini Tragoediae repugnat. Quoniam vero Tra-  
goediographus omnia fata herois tragicī sua simulat, adfectum  
hypotheticum adsequutus, p̄aeuisiones omnes atque praefagito-  
nes eodem producat modo, ac si heros tragicus, inscius futuri, extra  
fabu-

fabulam, maxima praeditus calliditate, eas proferret. Gradum hinc harum facultatum parum minuet, qui rem in fabula agi obiciet. Praeterea praeuisiones, praefagitiones, omina, aliaque mantices signa saepius multum conferunt, ut nodus soluat. Quae tamen hic in censum non veniunt, vbi species Tragoediae iure negligimus.

## §. 31.

Eo vero nondum omnem rem actam esse credas, si vel omnes facultates cognoscitiae haec tenus adlatae inferiores materiem Tragoediae conuenientem comportauerint, nisi sapore id fiat perfectiori atque delicato, non nisi eruditum monstrum edit Tragoediographus. Saporem verum constituit habitus sensitiae diudicandi perfectiones. Quo itaque maiori habitu quis pollet perfectiones diudicandi atque imperfectiones; quo accuratius, licet sensitiae, terminum valet determinare, qui perfectiones discernit ab imperfectionibus sibi oppositis et v. v.; eo perfectiori gaudet sapore; et qui idem valet in minutis quoque, delicato. Quilibet, intellectis terminis, concedet, neminem Aestheticorum eo destitutum esse oportere, et quum vti per se patet, eo perfectiori opus sit sapore, quo perfectius quis adgreditur opus; In-sipientis (permittas vocabulum hoc significata) erit ad Tragoediam, vti coecus ad picturam. Evidem audio te obiciensem ratione compensari posse defectum sapori. Ast id est, quod nego. Furor poeticus, qui prae reliquis incitare debet Tragoediographum, huiusque pater, affectus hypotheticus, prohibent certe quietem eam mentis, qua vti ratione liceret; et labor cresceret in immensum, si omnia promiscue arriperet vates, quae in hoc statu sibi obueniunt, vsque dum deinceps ratione delectum representationum harum chaotice mixtarum haberet. Accedit, esse haud paucas aestheticas perfectiones, quas ad distinctas notiones vocare vix ac ne vix quidem concessum erit intellectui humano, quas ideo numquam adsequetur Tragoediographus, nisi perfectiori instruetus fuerit sapore. Ipsa Tragoedia hic nobis exemplo erit. Adparet ex §. 9. gradus pulcritudinis aestheticae representationum tragicarum esse in ratione nexus earum ad commutationem tragicam. Quis, quæso, hominum distincte dime-

dimetetur gradus nexus omnium repraesentationum in Tragoedia cum commutatione tragica? Et hoc labore superato impossibile tamen iudico, hominem iam gradus pulcritudinis cuiuslibet repraesentationum rite superiori facultate cognoscitua posse determinare, siveque dictam proportionem construere. At parum ab erit quin homo sapore perfectiori eoque delicato instrutus, id efficiat; defetum certe a nemine fere obseruari posse, certissime mihi persuadeo. Et haec erat ratio, quare in praecedentibus ingeniosum, idque magno gradu iussi Tragoediographum. Ex acumen enim imptaenato per ingenium strictius sumtum nascitur sapor; sive est perpicacia, quatenus ad perfections vel imperfectiones applicatur. conf. MEIERS Sch. W. S. 468.

## §. 32.

Progedimur nunc ad facultatem cognoscendi superiorem Tragoediographo conuenientem determinandam. Supponere hic licitum erit ex charactere Aestheticæ practici generali, ea parte superioris facultatis cognoscituae, quae circa intensivæ distinctiones formandas occupatur, feliciter carere posse Aestheticum. Certe Tragoediographum ex peculiariis rationibus vsu illius prohibemus. Furor nimirum poeticus hocce reprimeretur vsu atque adfectus hypotheticus, vt ex Psychologicis constat, quo ipso filum rumpitur et Tragoediographus labore mittere cogitur. Ecce sufficienes rationes, quare dictam partem facultatis cognoscituae superioris Tragoediographo non modo nulli vsui, potius maximo impedimento fore contendamus.

Nollem haec ita interpretari, Tragoediographum, omni respectu, hac facultatis parte exutum esse oportere. Liceat experientia forte haec quoque comproberet, lubens tamen concedo, eum, qui alio tempore tragœdiā exarat, alio monadum naturam posse disquirere vel aequationes algebraicas construere altiores, vel quadraturam circuli vel perpetuum mobile vel longitudinem locorum determinandam quaerere. Modo in porestate illius sit, quando Tragoediographum agit, ab hoc vsu abstinere.

## §. 33.

Si vero alia ex parte hancce facultatem dispiciamus, quatenus nimirum vel intellectus pulcer extensiue distinctiones notiones struit,

struit, vel ratio pulchra nexus rerum extensua distinctione per-  
spicit; tantum abest, vt Tragoediographo vsum illius reprimere  
suadeam, vt potius, vti omnem aestheticam elaborationem per-  
fectionem, ita in primis Tragoediam, sine eius vsu impossibilem  
fere iudicem. Est nimurum hoc respectu facultas superior fons  
ille, ex quo omnes promanant herorum characteres, distinctiones  
extensae eorum ideae; unitatem constituit actionis, affectuum,  
quibus negligitis non nisi monstrum edit Tragoediographus.  
Omnis enim unitas inseparabilibus, hinc connexis, constituitur,  
adeoque est creatura rationis; & in aestheticā lucubratione, pul-  
chrae rationis. Determinat episodia, quatenus actioni atque im-  
mutationi tragicae inferuiunt; ipsam solutionem nodi, agnitio-  
nem subleuat, aliam si quam admittit actio confusione tollit.  
Securior denique a vitis plurimis erit Tragoediographus  
ei conuenienter correctionem aestheticam instituens. Denique  
quum neceſſe fit, vt partes actionis tragicae pingat Tragoediographus,  
debitisque instruat ornamentis, quo ipso totum extensua  
distinctione carere nequit, vsum huius facultatis ab eo analogi-  
rationis inseparabilem esse, nemo non videt. Tragoediographo  
hinc eum iure vindicari, adparet.

Quodsi quis eam distinctionem & fructum rationis pulchrae conse-  
quens analogi rationis dicere velit, nulla mihi cum eo contentio  
erit. Verba enim, sicuti nummi. Quoniam vero termini fa-  
culturatum adeauratus constituuntur, si omnem distinctionem supe-  
riori, confusionem inferiori facultati cognoscitiae adtribuamus;  
licet mihi distinctionem eam & nexus extensua distinctionem perce-  
ptionem, rationis atque intellectus pulcri, inferioris gradus fa-  
cultatis superioris cognoscitiae dicere.

## §. 34.

Hicce itaque suppositis, ingenium Tragoediographi latius  
sumum, proportionem scilicet facultatum cognoscituarum, quam  
sibi Tragoedia postulat, determinare tentemus. Ipse generalis  
character Aestheticī practici facultati cognoscitiae inferiori sub-  
iicit superiorem & §. 26. rationes continet, quare maior huius gra-  
dus Tragoediographo, qua tali, magno erit detimento; quod si

E confit-

conferas cum §. 32. 33. & antecedentibus, magis confirmatur magisque. In genere itaque gradus facultatis cognoscitiae inferioris, qua talis, Tragoediographi, superet necesse est superiorem; id est, gaudet Tragoediographus ingenio sensitivo.

Ad proportionem nunc facultatum inferiorum constituantur quod attinet, antea omnes sciungamus facultates, quas maximas esse characteres generales, vel Aestheticæ practicæ vel Poëtræ in specie iubent. Pertinet eo α) sapor perfectior gradu, quantum fieri potest, maiori. Notabilior eius defectus non nisi monstra crebit, siue picturam species, siue Musicon, siue quamcunque aliam artem aestheticam. Et §. 31. quemlibet edocebit, cui potissimum Tragoediographio usui sit. β) facultas fingendi, primaria cognoscitiva facultas characterem poëticum sistens, qua, ex qua parte spectata vratur ea Tragoediographus tradit §. 29. Item γ) facultas fertiendi atque imaginandi, quarum erectionem demonstrat §. 27. δ) facultas reminiscendi, cuius adhuc non mentionem feci. Vtitur ea Tragoediographus, quatenus vel ex historia materialia Tragoediac sumit, vel per eam sibi cauet, ne fictionibus suis parti cuidam mundi, obseruabili analogo rationi, contradicat. Remanent itaque ingenium strictius sumunt, acumen, facultas praeveniendi & praesagiendi, quas sequens §. disponet.

## §. 35.

Omnis, qui, adhibita attentione, perlustrabit, quae §. 27, 28. de ingenio strictius sumto atque acumine disserimus, facile discrimen perspiciet, quod inter ingenii usum atque eum acuminis, respectu Tragoediae, intercedit. Maior gradus acuminis necessario requiritur, ad pulcas cogitationes Tragoediae conuenienter creandas; ast si ingenium species, contraria ratione erit iudicandum; licet concedatur, commode illud quandoque posse in subdium vocari. Maior acuminis gradus non tantum ad prime conuenit cum temperamento tragico, sed illud maxime constituit, quod independenter ab his docebit §. 38. Ingenium contra ad id reprimendum magis erit accommodatum. Et quum praeterea influxus acuminis in reliquias facultates cognoscitivas inferiores, ei ingenii certe aequalis futurus sit, nisi eum supereret,

id

id quod Psychologica docent; quin acumen Tragoediographi superare debeat ingenium illius, nemini dubium futurum esse arbitror.

Praeuisiones vero atque praeflagitationes, vt taceam, eas ab acumine omnem suam accipere viuiditatem, magnam partem ab acumine pendent atque ingenio, hinc gradus acuminis atque ingenii, quo ad partem certe, gradum harum facultatum determinet, & praesertim sublime sine acumine atque ingenio nesciunt adsequi. Cendant itaque ingenio atque acumini necesse est. Nihil itaque impedit quo minus ingenium Tragoediographi latius sumtum ingenium poeticum, cuius facultas dominatrix est acumen, adsumamus, Ingenium sensitivum acutum.

Fateor, adcuratam intensorum hinc & facultatum mentis dimensionem mihi impossibilem esse. Hinc terminum proportionis in definitione & ingenii & temperamenti rigore geometrico accipi nolim.

§. 36.

Prouti vero quemlibet Aestheticorum non solum ingenio pulcro praeditum esse oportet, sed nobile quoque accepisse pectus, siquidem pulra proferre cogitata magnam partem a proposito nostro pendet; ita in primis maior nobilioris pectoris gradus dicit Tragoediographum. Obiectum curarum ipsius haud virtus vulgaris, neque mediocris, sed heroica est §. 3. & tantum abest, vt officio suo satisficerit Tragoediographus, si prioribus non contradixerit, vel ad summum conuenienter picturam suam illuminaverit, vt, hisce factis, summa iniuria Tragoediographum se salutari finat, nisi summum virtutis fastigium cogitatione adsequutus sit, atque omni debita instruxerit eam pulcritudine. Num id efficiet, nisi perceptionem virtutis in mente producere studeat? id est, eam adaptat? Num turpissima, si heros tragicum sibi sumferit vitiis conspurcatum, quea vitiis adhaerent, detegit, ita, vt alios dererreat, nisi ipse saltet tunc temporis sit commotus. Quilibet porro labor aestheticus furorem quemdam requirit, Baumg. Aesth. §. 88. seq. &

Nihil inuitis fas quemquam fidere diuis

Virg. Aen. L. II.

E 2

Eum

Eum vero; praeter excitationem ingenii aesthetici, quae omnes facultates cognoscitius dato labore conuenienter mouet, sistit inflammatio pectoris aesthetici, magnanimitas diæta. Pectus pulsans incitat eum magnitudine atque dignitate conuenientibus sua obiecta ornare. Omnis mens mota versus eam fertur partem, vsque dum adsequatur finem propositum. Evidem scio, dari, qui virtutem persuadent auditoribus, ipsi virtus foedi; Ast forte eos, qui tales, in suas partes traxit virtus; forte ipsi virtutem sequentes maiori gradu mouerent, &, comparatiue, virtutis amans facilius seruet callem dignitatis. In genere itaque cum virtute faciat Tragoediographus. Quum vero secundum gradum virtutis magnanimitatem dimensi sint Aestheticorum statores, quin Superlatiuum gradum adscendere debeat Tragoediographus, quis est, qui dubitet? Hinc magnis petatur adipetitionibus magnorum dignissimorum, adeoque præsertim intensius magna gaudeat facultate adipetitiua Tragoediographus.

## S. 37.

Secundum leges adipetitionis et auersationis facultas adipetendi et auerandi sequitur facultatem cognoscituum, adeoque vel superiorem vel inferiorem. Illa superior est, cuius fructus volitiones ac nolitiones; hæc inferior parit adipetus sensitios et auersationes, quorum maior gradus adfectuum induit naturam. Si itaque quis adipetus excitare velit vel auersationes, pragmaticam bonorum vel malorum cognitionem sensituum facultati ingerat cognoscituae inferiori, hoc est, vastam, magnam, dignam, veram, claram, certam, viuidam et si qua alia representationem induere potest perfectione, quae tendat elateres facultatis adipetitiae inferioris; quae representatione, si maiorem accipiat gradum, affectus pariat necesse est. Adeoque ipsa cognitione nos adficiat, quam ad alios mouendos parem iudicamus: quin itaque ipsi adficiamur, moueamur, extra omnem dubitationem positum est; immo, si serio rem agamus, necesse est, ut ipsi fortius moueamur, quoniam motiva in genere nostro characteri conuenienter eligimus sumimusque nos mensuram aliorum. Videmus hinc quare a frigido v. c. oratore ad frigida auditorum pectora rarius fallat conclusio, quam a moto eoad horum pectora incitata. Id certe peri-

periculose videtur, si frigidus quis circa suas repraesentationes exspectet alios, iis solis, non accedente sublimiori quadam operatione, moueri, licet et hoc interdum fieri, concedam. In genere itaque quoad eam partem eiusdem facultatis adpetitiae, in eodem circiter, vel quod rarius fallit, maiori gradu moueatur auctor representationis, quo alios velit mouere. Quum vero impossibile sit, vt quis idem obiectum, eodem tempore, eodem respectu superiori et inferiori adpetat vel aueretur facultate; ille, qui affectus cire cupit, qua talis, haud vtatur respectu eiusdem obiecti facultate superiori. Quod si haec ad Tragoediographum adplicemus, cupidum affectum excitandorum, haud difficile est cognitu, necesse esse, vt, qua talis, absolute maiori gradu facultatis adpetitiae inferioris, et respectu, ratione facultatis adpetitiae superioris, vtatur. Adpellemus cum MEIERO hanc proportionem facultatum adpetituarum Temperamentum sensituum, et patebit, illud esse Temperamentum Tragoediographi.

## §. 38.

Ex §. praecedenti patet, cupidum, qui ingratos excitat adfectus, ipsum oportere iis esse iudutum. Quam legem Horatii

Si vis me flere, dolendum est

Primum tibi ipsi;

sine omni hic sumere probatione licitum fuisset. Fieri autem non potest, vt eodem tempore, eodem respectu, idem obiectum quis aueretur & adpetat. Si quis itaque ingratos affectus vel solos vel praecipuos studeat excitare, menti sua eos ingerat necesse est, & quoniam, repugnante natura, nemo facile subeat labore, nisi infeliori successu, natura eius feratur citato cursu in affectus ingratos, hoc est, facilius eos fortiores in mente sua excitare valeat. Ingratum vero affectum excitare, finem ultimum propositum sibi habet Tragoediographus, hinc eum, qualiter, naturali impetu feriant affectus ingrati. Liceat hanc proportionem facultatis adpetitiae & auersatiuae, vi cuius affectus ingrati regnant in mente, appellare Temperamentum fortius Melancholicum; habes illud temperamentum Tragoediographi,

Promissam §. 35. ingenii tragici conuenientiam cum temperamento, breuibus exponam. Temperamentum fortius melanochicum requirit intuitum sensituum multarum, magnarum imperfectionum adeoque diffensum, diuersitatum, quas solum hoc respectu detegit acumen sensituum.

Caeterum prout vltius determinantur Temperamenta tragicorum, nomen eorum exsurgunt species, id quod nemini, qui calleat artem species struendi, quam Logica tradit, ignorum esse potest. Imo species Temperamentum tragicum determinant ipsos episodiorum affectus, quibus vntunt ad primarium eleuandum; praesertimque directio representationum ad finem fortior, germanice *der Schwung oder die Wendung in der Vorstellung*, inde pender.

## S. 39.

Ne mireris, nos nullam adhuc dispositionis naturalis ad Tragoediam mentionem fecisse. Parum certe perspicacie ab eo requiri, nos quidem arbitramur, qui ex adlatiis eam adstruere studet. Ad ingenium enim quod attinet, si aestheticum, si poetum connatum in aliquo inuenies, inuestigandum est, vtrum acuminis vflux parvus in eo excitari possit opere, ita vt reliquas superer facultates cognoscendi inferiores. §. 35. Qui quomodo instituatur labor, pars Psychologiae, tradens regulas inuestigandi gradus facultatum cognoscitorum docet. Quod si procedat de ingenio tragico connato non est, quod dubites, cui vix deficiet tragicum temperamentum, quod tamen simili modo inuestigari posse, quilibet videt. Vnum moneo, ne praeceps feras iudicium, naturam infantium adhibeas in consilium. Etenim ante vfluxum sensuum, imaginationis, ingenii, eum acuminis postulare, aequabsonum foret, ac si quem roges saltare, qui pedibus vti nesciat; praeterea pueritas amat gratos affectus, adeoque infantium ingenia atque temperamenta diiudicans, supra praecerta comparatiue esse intelligenda sciat. Quoniam vero proportio facultatum mentis tam cognoscitorum, quam appetitorum haud immutabilis est, necessario exercitia tragica requiruntur, si quod ingenium vel temperamentum tragicum fingere sumas. Quae fint ea,

ea, qui quaerat, nescit forte infinito modo ea posse institui. Attamen in genere ut respondeamus, id ante omnia agamus ut a) acumen acutatur, ita tamen, ut alias haud negligamus facultates cognoscitius, praesertim ingenium, quo carere Tragoediographus non debet; immoderato tamen exercitio acuminis plus iusto debilitatur. De modo vero acumen exercendi vid. MEIERS sch. W. p. 11. Abschn. 7. β) maxime adhibeat acumen in rebus infelicititer gestis inuestigandis. Eo ipso nimurum temperamentum iustum accipit directionem. Felicissimum hic ei pollicetur successum, qui in usum adhibeat lectio[n]em fabularum romanensium, earum nempe, quas regulis Aesthetices conuenienter scriptas invenimus, v. c. *Cleveland, Clariſſa, Mariane, Pamela, &c germanicis, Die Begebenheiten der Schwedischen Graſin G. &c.* Dici vix potest, quantam vim tot varii casus, tot discrimina rerum aethetice delineata in fingendis ingenis exerceant atque temperamentis, quo respectu ipsam hae fabulae historiam post se relinquent. Ast ob id ipsum non possum non ardorem laudare, quo viri, quibus salus iuuentutis curae est cordique, persequuntur eas foedas res & dissolutas ab optima parte offerentes, modo iustum delectum habeant. Vix inueniri quid potest, quod maiori detimento erit characteri iuuentutis, sine iudicio omnia arripare solitae.

## §. 40.

His itaque adstructis nos fini intento satisfecisse arbitramur, si pauca adhuc coronidis loco addiderimus de disciplinis iis, quibus & quatenus Tragoediographus intellectum suum ornare vel potest vel debet. Nulla est disciplina, quam quad peripheriam quasi noscere Tragoediographum, sicuti quenlibet Aestheticorum, dedecet. Sunt tamen quaedam, quarum centrum tangere ipsi maximo erit detimento. Quo referenda sunt omnes, quas discere non potes, nisi opere, quo ingenium sensituum mutatur in intellectuale, consequenter perdit ingenium tragicum v. c. disciplina inquirens in naturam monadum, Algebra, omnis Ontologia, ne dicam Metaphysica, licet historicę partem harum nosse concedamus, partem suadeamus, a scientifica tamen earum cognitione eum prohibeamus, nisi ingenio vniuersa-

uersali instructum se sentiat. Ipsam Aestheticam & Poeticam,  
regulas continentis, quibus conuenienter laborem instituat, stri-  
ctius scientifice nosse neque iubemus neque suademus. Philo-  
sophiam moralem, virtutem fistens, quam adsequi omni opera in-  
tendit, fini Tragoediographi conuenientius eum docebit *der Zu-*  
*schauer, der Gesellige, der Mensch &cet.* quam compendium phi-  
losophicum, Historia praesertim politica, fabulosa quoque non  
modo virtutum ac vitiorum exempla suppeditat, sed veram  
quoque prudentiam vitae magis quam scholae tradit. Quis ita-  
que hisce disciplinis Tragoediographum carere posse credat?  
Quod si praeterea mundo nobiliori, vel si fieri possit heroico fa-  
miliariter vti poterit, sublime quoque in hoc vitae genere in mi-  
nutiis accipiet, & omnia in potestate eius sita esse credam, quae  
in ruinam vitiorum atque incrementum virtutis proferre  
data sunt Tragoediographo.



AVTO-

eticam,  
at, stri-  
philoso-  
era in-  
der Zu-  
n phi-  
ne non  
veram  
quis ita-  
redat?  
cico fa-  
in mi-  
, quae  
e

A V T O R I  
AESTHETICA E HVIVS TRACTATIONIS

S. P R A E S E S.

---

Quod de se PLINIVS ad NASONEM, Lib. IIII.  
Ep. XVII., idem ego de TE, post quam ex illustri  
GRYPHICA & hac nostra VARNIACA in vici-  
nam villam secessisti, gloriior. Ibi plurimum scribis, nec  
agrum (quem non habes,) sed ipsum TE, (addo & alios,)   
studiis excolis, ac iam potes ut alii horreum plenum, sic TV  
scrinium ostendere. Testantur id varii, quibus effingendis  
occuparis, libelli, quorum edidisti nonnullos, plures ne-  
glecti adhuc iacent, quos, qua soles, lima persequeris at-  
que post emendationem publicabis. Est ex illis praefens  
commentatio, non rudi inuitaque minerva composita,  
quae docet, quantum in arte profeceris, cuius non raro re-  
gulas ipso opere tentasti. Neque id infeliciter. Non  
enim versibus TVIS vis, non granditas, non subtilitas,  
non amaritudo, non dulcedo, non lepos deest. Es praeterea

F

ope,

operum varietate monstrabilis. Mox *philosophica* meditari enotasque, *mathematica* mox, praesertim *algebraica*, mox *theologica*. Atque istorum notitia in TE sic eminent & elucet, ut mediocriter quoque doctos advertat & adficiat. Quapropter ut alii, sic ego TE diligo, cumque hoc ipsum amantis sit, non onero laudibus. Sufficit, TE TVO probare exemplo, filias & solitudinem magna cogitationis incitamenta esse, & experiri, non DIANAM magis montibus, quam MINERVAM inerrare. Utinam infuerentur TE exprimereque stuperent alii, qui secessus quererere tantum ob id videntur, quo longae desidiae indormiant. Ita enim iuvenes, quibus custodes rectoresque dari solent, nihil audiunt nisi profuturum; nihil discent, quod nescisse reūtius fuerit. Verum quiego TE commendem, quem eundem commendabunt cuncti, qui TE vel paululum noverunt? vale felicissime, qui vera felicitate dignus videris.

Scrib. Rostochii III. Non. Decembr. A.R.S.

clo 10 ccli.





4

IO

332

Rostock, Diss., 1751-54

VD18

ULB Halle  
004 087 607




3

5b.





B.I.G.



### Farbkarte #13

Q. D. B. V.  
ORE ACADEM. MAGNIFICENTISSIMO,  
NISSIMO PRINCIPE  
AC  
DOMINO,  
NO FRIDERICO,  
INCIPERE HEREDE MECLEBURGICO,  
M., SVERINI AC RACEBURGI, COMITE SVERINI,  
ARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE  
DOMINO,  
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

HARACTEREM  
GOEDI OGRAPHI,  
CONSENTIENTE  
LISS. PHILOSOPHORVM ORDINE  
SISTIT,

AC  
PRAE S I D E,  
NG. JO. DAN. AEPINO,  
RATOR. PROF. DVC. PVBL. ORD.  
PVBLICE DEFENDET,

L. H. RÖHL,  
RIBBENZA-MECLEBURGICVS.

N AVDTORIO MAIORI

D. VIII. DEC. A. cIcIcCCLI.

ROCHII, LITTERIS ADLERIANIS.

